

2133

LITURGICI.

2134

seiner auserwählten mueter. Vnd die fürchömen hat mit seinen genaden an (sine) all sünd. Vnd hat sey veraint dem leichnam an alles mail der angeporen sünd. Dabo etiam Hymnum Completorii e fol. 223. p. 2. Dich vor dem enndt des liechts schöpfer aller ding pitten wier das du mit der gewöhnlichen mildigkeit seist vnser bischof zu der buet. Herr von vns weichen die trawm vnd der nacht all gespenst vnd vnser veint vnterdruckt das die leichnam icht gemailigt werden. Got dem vater sey glori vnd auch seinen ainigen sun mit dem heiling geist troster vnd nu vnd ymmer ewigleich. Amen.

DCCCLXXXIX.

R. 2157 Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 72. f. max. caractere praegrandi, crasso exaratus, coloribus illustratus, et quibusdam elegantibus Initiorum picturis ornatus *Psalmodiam Horarum* canonicarum a *Prima* ad *Vesperas* complectitur, cui accedunt *Cantica* et *Hymni* iis Horis respondententes, praefixo ubique Schemate notis musicis expresso. Cui Ecclesiae deservierit, non exprimitur; adpietus tamen pag. I. visitur sanctus quidam Episcopus, et alter, quem, quod Agnum libro infidentem defert, *Jobannem* Ap. et *Evang.* interpretor. Interim Literae Initiorum proxime ad eas accedunt, quibus Alumnus *Carthusiae Brunensis* in sua, quam dedi, *Chori Psalmodia* a. MDV. usus est. In *Denis Codd. Theol. V. II. P. III*

antior Theca superest primum *Calendarii Quadrimestre*, e quo tamen nihil eruas.

DCCCXC.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 2183 XIV. Folior. 161. 4. luculente et eleganter exaratus, coloribusque illustratus *Capitulare* et *Orationarium* est *Officio Chori de Tempore* et de *Sanctis* per annum deserviens, cuius *Προλεγόμενα* recensenda sunt. Initium a *Calendario*, e cuius *Januario* mox *Codicis Auctorem* agnoscas; ad diem enim 27. anno 1583. notatum est: *Anniuersarius Omnium progenitorum, propinquorum, notorum, Benefactorum, fidelium: Serenissime ac Illustrissime Domine Domine Elisabethe, bis Regine: feria secunda proxima post Dominicam Circumdedeunt; in Septuagesima. Ad 10. Junii* legitur *Anniuersarius domini Hainrici Junioris De lipa*; nam Senior Vir potens et *Moraviae* Promarchio adtributis *Coenobio Brunn.* ab *Elisabetta* fundato *Bonnis* sepulturam sibi suisque ibi delegerat a. 1329. defunctus. Ejusd. 21. ut jam in alio Opere *Psalmodico* retuli, *Obiit Inclitus Wenceslaus rex boh.* cui a manu, quae *Januarium* notaverat, additum: *Anniuersarius Principum Dominorum: Venceslai ac Rudolphi Boh. et Polo. Regum: et Domine Elisabethe Conthoralium. Ad 3. Julii: Obiit generosus rudolfus rex bohemiae. Ad 28. Augusti: Anniuersarius ducisse; sed cuius? Ad 19. Octobris: Anno Domini M°*

Z

CCC°

2135

## LITURGICI.

2136

*tis domini in dominicam euenerit, computandum est ab ipsa dominica et non a sequenti. Schema est ejus-*

*modi: Abbatis eremberti germanus*  
<sup>b f e</sup>  
<sup>d c b a b</sup>  
*frater heinricus Monachus istam*

*collegit tabulam uerbis indoctis ad-*  
<sup>f e d c b</sup>  
<sup>a b f e d</sup>  
*modum consulens. Oportet igitur*  
<sup>c b a b f</sup>  
*quemlibet studioso istum retinere*  
<sup>e d c b a</sup>  
*numerum literarum docentem cun-*

*ctos cristiani nominis quando usu-*  
<sup>b f e d</sup>  
<sup>c b a b f</sup>  
*aliter debeant carere carnibus &c.*

Complectitur annos CLXIV. et per decursum invitat ad audiendum frisones Saxones westphalos bauwaros sveuis adjunctis turingos polonos bessones linguam teutonicam uniuersam romanam sclauicam. Ad calcem: *Explicit tabula Heinrici Monachi.* Hujus nominis Coenobitam *Hasligemensem* Chronotaetica plura scripsisse tradit *Tribemius in Catal. illustr. Viror. Germ. f. 26.* verum inter hujus Coenobii Abbates nemo *Erembertus.* Quid si lateret hic supra dicti *S. Gothebari* magister et Abbas *Altabensis Erkanpertus;* satis enim notum est, *Erkanpertum, Erchembertum, Erembertum, Rembertum,* q. d. honore dignum vel splendidum, in idem recidere. Vixit is Sec. X. exeunte. *Capitularis* porro ipsius frontem ornat *Elisabetha* Regina in genua procidua, Deoque Codicem offerens. Thecae recentiori impressum est

Scutum tribus liliis insigne jam alias indicatum cum anno 1590.

DCCCXCI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 667

Folior. 377. 4. bene scriptus et rubricis distinctus hoc titulo gaudet: *Incipit prologus in matutinale beate Marie virginis quod dicitur laus virginis.* Praeit vero sequens Nota: *Anno domini M. LXXXVI. Urbanus papa 2<sup>o</sup> Concilium celebrauit in claromonte aurelianensis dyocesis Et ibi constituit, quod hore ad honorem beate marie virginis omni die dicerentur et eius officium diebus sabbatorum solenniter celebraretur, ut recitat petrus aurelianensis super apocalips. visione ultima prope finem. Qui claruit anno domini M. CCC. Accedunt Benedictiones de beata virgine cum Responforiis, quibus praefixus annus 1. 4. 7. 9. Ad praedicto Statuto editionem Venet. Concill. Labb. T. XII. col. 841. ubi notatur, Horas de B. V. primum ab Eremitis e disciplina Petri Damiani persolvi coeptas esse. Pro anno Concilii supra indicato rescribe 1095. Petrum Aurelianens. qui in Apocalypsin scripserit, adhuc quaero. Et jam ad Prologum. Ad laudem matris virginis eiusque sacratissime prolis ad satisfaciendum quoque desiderio venerabilis in christo patris Domini Meinhardi de Noua Domo Elekti tridentini hoc deuocius requiruntis Ille cartusiensis qui iam pri-*  
*dem*

Z 2